



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 30. Actum de concordia Papam inter & Albæ ducem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. XXX.

Sæcul. XVI.

A.C. 1556.

Actum De concordia Papam inter, & Albæ Ducem.

Cum Albæ Dux continuato victoria- *Pallav. c. 20.*
 rum cursu Pontificias ditiones eme- *num. 3.*
 tiretur, nonnulli Cardinales de concor- *Thuan. l. 7.*
 dia Papam inter, & Albanum ineunda *num. 3.*
 agere decernebant. Horum sententiae
 acceſſerat quoque Thomas Manrices ex
 Ordine F.F. Prædicatorum, qui huic
 concordiæ initia facturus die decima
 sexta Septembbris a Papa una cum Car-
 dinalis S. Jacobi literis ad Ducem mit-
 tebatur, ut ab armis ceſſandum pete-
 ret, donec interea de pace ineunda age-
 retur: Verum Dux ejusmodi armorum
 inducias recusabat, eoquod potius pro-
 pensum ad pacem ostenderet animum.
 dummodo Pontifex Cardinales a par-
 tium studio alienos, quibuscum Cæſa-
 ris Legati agere possent, nominare vel-
 let: Igitur Paulus IV. altera etiam die
 Pacecum, Toletanum, Caraffam, &
 Rebibam Cardinales feligebat: Dux
 vero Cæſaris nomine ad colloquii lo-
 cum destinabat Thomam Manricem una-
 cum Francisco Paceco, qui Duci a secre-
 tis, Vir erat moderata indole, atque
 animos conciliandi dexteritate insignis.
 Ergo die vigesima Septembbris nominati
 apud Cardinalem S. Jacobi congregan-

Cc 3

tur,

Sæcul. XVI. tur, sequentesque proponunt conditio-
A.C. 1556. nes. I. Summus Pontifex in amicitiam
 redeat cum Philippo Rege; II. cautio-
 nem illi det, se nunquam ipsi molestiam
 illaturum, nec fœdus contra eum ini-
 turum; III. Hispaniæ Regis subditos,
 ac ministros, qui erant in custodia, li-
 beret; IV. Marcum Antonium Colum-
 nam, & Ascanium Corneum in pristi-
 num statum, ac dignitates recipiat.

Verum postremus hic articulus mi-
 nus arridebat Cardinalibus, quapropter
 palam testabantur, quod ex illis nul-
 lus ejusmodi rem Pontifici proponere
 auderet: Nihilominus Prorex pertina-
 citer suo insistebat postulato, & quam-
 vis postea conventum esset, quod inter
 ipsum, & Cardinalem Caraffam in Mo-
 nasterio inter Marinum, & Tusculum
 sito, quod Cryptam Ferratam vocant,
 colloquium haberetur, Caraffa tamen
 non interfuit, quocirca de concordia
 haud amplius agebatur, sed belli flam-
 mæ pristino furore accendeantur.

§. XXXI.

*Marcus Antonius Columna usque ad
 Romanæ urbis portas popula-
 bundus excurrens.*

Thuan. l. 17. ^{524.} Interea Albæ Dux Paliano ad lævam
^{525.} reliquo cum exercitu suo Lobicum,
 seu Valmontanum contendit; hoc enim
 oppi-